

§. II.

Lites de precedentibus Episcopis dirimat absque appellatione.

Quoniam in frequenti Congregatione, ubi Ecclesiastici, Seculares, & Regulares conveniunt, nisi aliquis praesideat, cuius autoritate omnes in Officio continentur, dissidiiorum, ac tumultuum possit occasio suboriri, Sacrosancto Concilio Tridentino hæc Synodus inhærens, præcipit, ut quando in processionebus publicis, & in ijs, quæ sunt in tumultu defunctorum corporibus, de quavis præcedentia controversie oriuntur, eas Episcopus (amota omni appellatione) componat, non obstantibus quibuscumque, pro ut ejusdem Concilij Decreto, & Constitutione sanctæ memorie Gregorij XIII. hac de re editis, cautum est.

Sif. 25. c. 13.

Sif. 25. c. 13.

§. III.

Nullus Doctoris titulum, aut quempiam alium assumas, nisi prius offenderit Episcopo testimoniales litteras.

Les Reg. 5. tit.
7. lib. 1. recopil.

Statuit præterea, ac mandat hæc Synodus, ne ullus Clericus cujuscumque conditionis Baccalareum, Licentiatum, Magistrum, Doctoretum in aliqua facultate se nominet, aut subscribat, in his locis, ubi de ejus gradu constare non potest, nisi prius Episcopo litteras testimoniales gradus hujusmodi ostendat, sub pena pondo centum auri, pijs operibus, Justitia sumptibus, & accusatori æque applicandorum; penis contra hos a Lege Regni statutis in suo robo, & firmitate permanentibus.

LIBRI SECUNDI TITULUS I.

De Ordine Judiciorum.

§. I.

In Tribunalis ordo, & silentium serventur.

In locis ad audiendum causas deputatis, silentium, ordo, & obedientia servetur, in sedibus, & provisionibus ratione antiquitatis Officij Notarijs, & Procuratoribus honor deferatur; ac inter omnes summa sit cum modestia consensio. Quod si minus fecerint, Judicium arbitrio multentur, & usque ad suspensionem, & privationem officij puniantur.

§. II.

Nullus cum armis Tribunal ingrediatur.

Nullus Curiæ Minister, Litigator, alijsve qui cumque intra Aulam, quo tempore audiencia celebratur, arma quæcumque secum habeat, & ut hoc servetur, opportuno adhibito remedio, Judge accurate invigilet.

§. III.

Pauperum Advocatus, ac Procurator designentur.

Advocatus, & Procurator deputentur, qui misericordium Personarum causas defendant, & salarium, quod sibi fuerit ab Episcopo constitutum, ex Camera percipient; hi vero illorum causas, quos ut

Ee

pau-

*Ex Granat. Sy:
nod. tit. de Or:
dine Judicior.*

*Ejemplo uniforme
de todos los Tri:
bunales.*

§. XV.

Servanda in causis criminalibus.

Quando Judicibus expedire videbitur, in causis criminalibus parti praesenti actorum transumptum concedere, ut sepe defendat, fuerintque alii rei, & complices absentes, Notarij Advocato hujus partis praesentis, suppressis nominibus, processum legant, & id usque ad publicationem diligenter servetur. Si vero nullum sit juris impedimentum, etiam cum nominibus, hujusmodi transumptum concedatur.

§. XVI.

Quid cum Censuræ aggravantur?

In causis immunitatum, restitutioñum, ad Ecclesiastis consigientium, & alijs quibuscumque, in quibus Judices procedunt aggravando Censuras, antequam Censuræ hujusmodi graventur, præcedat intimatio anterioris Censure jam decretæ, de cuius intimatione fidem faciat Notarius, præcedat quoque invocationis brachij Secularis informatio, quo ordine, & non aliter ad Ecclesiasticum Interdictum procedetur.

§. XVII.

De Conjugijs clandestinis.

In clandestinis Conjugijs, quidquid circa ea a partibus petatur, Fiscalis oppositio, & accusatio admittatur, acta, & probatio a partibus exhibita pro informatione summaria recipientur; deinde testibus a partibus productis per Fiscalem ratificatis, iterumque habita partium confessione, per Judices nostros hac in re decerni, & definiri potest, juxta dispositionem Sacrosancti Concilij Tridentini.

*Seff. 24. c. i. de
reformat. matris
monij.*

§. XVIII.

de Ordine Judiciorum.

107

hulla biupl. subl. §. XVIII.

Caveatur, ne Maritus suboleat accusationem de adulterio, & ab uxore factam.

Quando uxor proprium maritum de adulterio, concubinatu accusaverit, Judex efficiat, ut Fiscalis, aut executor Justitiae, in judicio denuntiet, & causam prosequatur, adhibita cautela, ne maritus, a propria uxore delatum fuisse Judici, sentiat.

§. XIX.

Miserabilium Personarum causa gratis expediantur.

A Misericordibus Personis litigantibus, nibil quidquam pecunie accipiat ratione litis, eaque miserabilis Persona reputetur, que in bonis mobiliis, & immobiliis quinquaginta pondio valorem non habuerit, probatio vero quoad hoc per Notarium fiat, ex qua, si Officialibus constiterit de pauperate Personæ litigantis, ejusdem causas, semotis dilationibus, expediri, & in omniibus subveniri jubeant.

§. XX.

Cause Clericorum secreto pertraudentur.

A Ceusationes criminales contra Clericos in Sacris Ordinibus constitutos illatae, cum omni secreto, pro ut Sacerdotalem Personam decet, tractentur, & desiniantur.

§. XXI.

Si plures Personæ aetione unica accusentur, unus processus confessus conficiatur.

Quamvis delinquentes plures sint de eodem criminis accusati, unus tantum processus conficiatur.

Gg

solvore a Judice reus compellatur. Si vero intra prædictum tempus pars non declinaverit, lis contestetur, reconventiones fiant, eisque intra terminum respondetur, juxta Legum Regni dispositionem, quarum usus, & observantia, quo ad hoc præcipitur. Breviori vero in termino definire in potestate Judicium sit, si ob justas aliquas causas id fieri debere, sibi videatur. Idem præcipitur observari, in clare, & aperte positionibus respondendo, juxta Leges Regni circa hoc disponentes.

*Lex 1. & 2. tit.
5. lib. 4. recopil.*

*Lex 1. & 2. tit.
7. lib. 4. recopil.*

§. VII.

Aliqua ordinantur pro breviori expeditione litium.

*Conc. Mex. i. c.
83. & Synod. de
Quirog. constit.
tit.*

Finem litibus cupiens hæc Synodus imponi, ne partes ultra modum graventur dilationibus, & expensis, statuit, ac sancit, ut Ecclesiastici Judices hujus Provinciæ, sive Ordinarij, sive ex speciali Episcopi commissione delegati in causis levibus, & parvi momenti nullos libellos admittant. In his vero, quæ majoris fuerint momenti, duo tantum ab utroque litigatore libelli producentur, usque ad primam conclusionem, & articulos ad probationes faciendas. Post publicationem vero a singulis litigatoribus produci unus tantum libellus possit, quod si de facto plures, quam hoc Decreto sancitum est, producantur, aut recipientur, ij nulli decernuntur, omnis que probatio, eorum virtute facta, invalida sit, nec fidem ullo modo faciat, qui libelli subscripti, signaque sint ab Advocato probato, & gradu insignito, vel ab eadem parte, nec aliter admittantur, nisi cause qualitas Judicis arbitrio aliud postulaverit. Si ve-

ro

ccc

de Ordine Judiciorum.

103

ro aliqua declinatoria exceptio opponatur, intra octo dies continue a die oppositionis numerandos, probari debeat, ne parti ad probandum terminus prorrogetur. Conclusa vero causa, ad pronunciandum interlocutorie dies sex, ad ferendam vero definitivam sententiam dies decem præscribantur, quibus elapsis, si Judices contrafecerint, expensas hac de causa factas, a die elapsi termini, usque ad sententiarum hujusmodi pronuntiationem in duplo reddant.

§. VIII.

Quid si partes intra præfixum terminum non fecerint probationes?

CUM partes ad suas probationes faciendas admissæ fuerint, si probationes non fecerint, neque litteras, quas vocant receptorias, extraxerint, & altera pars ob non factam diligentiam a parte adversa, nec ab eadem litteras hujusmodi extractas petierit terminum, pro denegato haberet, & causam pro conclusa, & definiendam esse, altera pars citari mandetur, & contumacij inculcati provideatur, quod ad tertiam diem receptorias extrahat, si autem illas non extraxerit, habeatur causa pro conclusa, etiam termino ad probandum nondum elapsø, ut hac ratione lites brevius expediantur.

§. IX.

Abduc de eadem re.

Quando una ex partibus litigantibus factam probationem produixerit, & ea non obstante, pars altera in causa concludi petierit, pars probationem producens citetur, & super hoc articulo contumacia

Ff

cæ

cise incusentur, & concludatur, antequam conclusio ultima fiat in causa, quod vero secus actum fuerit, sit in se nullum.

§. X.

De Publicatione.

SI publicatio petatur, & hec, eoquod terminus duret, ab altera parte contradicatur, ad excusandum actorum examen, & alias de hoc dilationes, præcipit Judicibus, ut sub conditione, si terminus elapsus sit, publicationem fieri provideant, quod si terminus adhuc duraverit, declarent, quod duret, quod sic jubeant, quamvis Decretum conditionale sit.

§. XI.

De eadem re.

ELAPSO termino ad probandum, si probatione facta, publicationem fieri postuletur, aut probatio non facta, causam haberi pro conclusa petatur, parte adversa citata, & non contradicente, contumaciamque incusata, sine ulla alia dilatione causam pro conclusa haberi mandetur, si vero pars contradixerit, cognita a Judicibus contradictionis causa, ex actis, quod Justitiae fuerit, decernant.

§. XII.

Qui accusationem instituit, si non probet, puniatur: & ante causæ inchoationem expensas promittat.

QUANDO capitula contra aliquam hujus Provincie Personam dentur, Fiscali tradantur; quæ si subscripta non sint, & a quo exhibita fuerint, ignoretur, in eisque testes designati sint, ac in eis contenta adeo gravia provideantur, ut eorum remedium

ad

ad Dei cultum, & bonum commune spectet, factis prius de hac re certioribus Episcopis, seu Episcoporum Officialibus, Fiscalis capitula hujusmodi prosequatur. Quod si constet, quis capitula obtulerit, præfatis idoneis fidei jussoribus, promittat ille, qui ea dedit, expensas hac de causa faciendas, si capitula minime probentur, persoluturum, itidemque puniatur, prout accusator calumniosus de jure venit puniendus.

§. XIII.

Circa conjuges non cohabitantes.

IN his, qui Matrimonio conjuncti conjugalem vitam non ducere denuntiabuntur, Parochi testimonium in probationem admittantur, quatenus ad Matrimonium, & non cohabitationem, & sic comparere præcipiantur, & de hoc interrogentur. Quod si negaverint, Fiscalis citetur, qui, quatenus opus fuerit, ampliorem faciat probationem, & ratificatis testibus, prout juris sit, in causa decernatur.

§. XIV.

De Polygamis.

IN causis criminalibus binarum nuptiarum, videntur primo coniuge, rei inclusi carcere teneantur, dum lis agitur, eosque sic detineri Judices procurent, etiamsi a sententijs per eos latis rei hujusmodi appellaverint, ut sic finis his causis imponatur. Quando vero Fiscalis accusaverit, illæ partes, quarum interest, citentur, eaque citationes fiant ex pecunia Justitiae sumptibus applicata.

Ff 2

§. XV.

pauperes, in eorum patrocinium Judices tradiderunt, gratis defendere teneantur, nec ab eis quicquam accipiant, eorumque operas ad suos usus conferant, sub pena reddendi duplum, cuius multæ dimidia pars miserabilibus Personis applicetur. Admonentur etiam, ut in his pauperum causis accurate studeant, & pro brevi earum expeditione laborent, cum omni charitatis, & mansuetudinis affectu; ne pauperes jus suum amittant. Quod si opus fuerit, Judices verbo, aut scripto instruere, id præstent, si vero, ex eorum negligenteria pauperibus damnum importetur, restituendi illud poena subjaceant.

§. IV.*Minoribus Curatores dentur.*

IN causis minorum, si ex eorum aspectu talis esse appareat, ipsis præsentibus, si ad sint, sive absint, cum speciali ad id mandato Curatores deputentur, qui jurent se minorum suorum causas defensuros, omni diligentia, & consilio adhibitis; confessio vero a minori ne petatur, nisi antequam præincipiat, Curator præsens sit, aliter confessio invalida sit.

§. V.*Circa instrumenta publica serventur ordinationes regie.*

PUBLICA INSTRUMENTA, & ea, quæ garantia dicuntur, & Chygrapha recognita, etiam non præcedente mandato, aut monitorio, executioni mandentur, serventurque stilus, & forma Secularium Tribunalium, ac Leges Regiae de hoc sanctitæ, tam quo ad executionem, terminos, præconia, & fideijustiores,

*Lex 1. 2. & 3.
tit. 21. lib. 4. re-
cipili.*

res,

de Ordine Judiciorum.

101

res, quam quo ad alia; Clericus autem, in quem executio facta est, carcere sit inclusus, donec tanquam pauper gaudere velit privilegio in favorem status Ecclesiastici a Gregorio Papa IX. concessio, in Decretali, quæ incipit *Odoardus*, quam Papæ constitutionem Judices, & Officiales inviolabiliter servent, & admittant. Quando autem creditores Chygrapha; alias ve privatas scripturas obtulerint, ut recognoscantur, Judices id fieri mandent, quod, si debitores Clerici id non fecerint, duabus, & non minus, nec aliter, nisi in proprias eorum Personas contumacij inculsat, Chygrapha, & instrumenta privata hujusmodi pro recognitis habeantur, & tanquam recognita executioni mandentur, servato ordine præmisso in publicis instrumentis, quæ promptam habent executionem.

§. VI.*Terminus designetur novem dierum ad jurisdictionem declinandam.*

QUÆLIBET DECLINATORIA EXCEPTIO, AUT INCOMPETENTIA JURISDICTIONIS, INTRA NOVEM DIES OPPONATUR, A FINE PREFIXI TERMINI COMPUTANDOS, AUT PARTE PRÆSENTE, A DIE, QUA INTIMATA FUERIT CITATIO, QUO TERMINO ELAPSO, SI DECLINATORIA HUJUSMODI EXCEPTIO ALLEGATA NON SIT, RESTITUTIO IN INTEGRUM ADVERSUS HUJUS TEMPORIS LAPSUM NON CONCEDATUR, & SI IN ALIJS CASIBUS CONCEDENDA ESET, PRO TERMINO AUTEM AD PROBANDUM VIGINTI DIES PRÆSCRIBUNTUR, QUOD SI EXCEPTIO DECLINATORIA PROBATUS, CAUSE PRINCIPALIS COGNITIO CELSET, SIN MINUS, IN EXPENSIS, & DAMNIS PRO RETARDATIONE LITIS ALTERI PARTI ILLATIS CONDEMNETUR. QUÆ STATIM

Ee2

fol.

*Capit. Odoardus
de solutionibus.
Synod. de Ojina
tit. 34. conf. 1.
§. 5. fol. 186. &
Synod. de Valla.
dolid lib. 3. tit.
8. conf. 1.*

ciatur, nec ratione actorum processus, aliquid aliud exigatur, quam quæ sunt in indice taxæ constituta. Nam si in eadem causa tres complices sint, tanquam ab uno solo salary, & expensæ exigendæ sunt.

§. XXII.

Accusatores intra tertium diem a rei contestatione compareant.

UT molestijs, quas accusatores inferre solent, occurratur, mandat hæc Synodus, ut Judices Ordinarij, Visitatores, Vicarij, & alij quicumque, quibus summariae informationes super partium querelis committentur, quarelantibus præcipiant, facta in forma citatione, per Notarium probationem recepturum, quatenus intra tres dies postquam reus partem se constituerit, compareant personaliter ad accusandum eum coram dictis Judicibus, si minus perpetuum eis silentium ad id imponetur, si vero duabus contumacijs incusat, non comparuerint, nec accusaverint, amplius non audiantur, eorumque vires, & voces Fiscalis obtineat, qui tam in hoc casu, quam in criminalibus ceteris ad se pertinentibus, accusationem dare intra tres dies teneatur, postquam se reus in carcere constituerit, Judicibus autem, & Officialibus jubetur, ut conclusis jam processibus, quo citius fieri poterit, dictas criminales causas definiant, ita ut, quantumvis processus prolixus sit, intra tredecim dies, a die conclusionis, aut in breviori tempore, si fieri potuerit, definitivam sententiam ferant, in quo Officialium conscientia onerantur, ne sumptus, & expensæ ex nimia retardatione accrescant.

Dies tredecim
præfiguntur pro
sententijs expe-
diendis.

Corc. Mex. 1.
c. 77. & Gran.
tit. de Ordin. Ju-
dicator. n. 26.

TI

TITULUS II.

De Procuratoribus.

§. I.

*Procuratores exacte procedant in causis clientum
fuerum.*

Proeutoratores causis, quas suscepint, omnem operam præstent, in eisque cum omni veritate agant, & quod suis partibus utile sit, diligenter gerant, ac sine ulla collusione, falsitate, prævaricatione, aut prævaricationis specie, odio, aut amore sui principalis, aut partis adversæ quidquam postulent, aut postulare negligant, quod convenienti causa expeditioni necessarium sit. Neque hac de causa dona aliqua, aut promissiones, munera, aut alia hujusmodi injuste a parte contraria accipient, sub poena reddendi quadruplum; ac præterea Judicium arbitrio puniantur.

§. II.

Merces eorumdem, si excedant, a Judice moderetur.

Moderatam mercedem pro opera sua accipient, quod si in hoc excederint, direcete, vel indirecte litigatores vexaverint, ut ab eis injusta salary, munera, aut alia hujusmodi extorqueant, Judices pro merito laborum mercedem taxent, & districte præcipiant, quod reliquum restituant, necnon Judicium arbitrio penas dent.

AT 231

Gg 2

§. III.

*Ex Synod. Gra-
nat. sit. de Pre-
curator.*

Honeste cum feminis versentur.

Procuratores, qui in Tribunalibus Ecclesiasticis negotia Ecclesiastica administraverint, cum feminis, quarum, vel contra quas causas suscepserint, in honeste ne conversentur, neque eas in concubinas accipiant. Quod si contra fecerint, praeter poenas juxta horum Decretorum formam eis impositas, in causis Ecclesiasticis ab officiorum exercitio per tres menses suspendantur; itidemque præcipitur, ne per trium mensium hujusmodi spatium, Judices, aut Notarij petitiones ab eis oblatas recipiant, aut alios actus sub eadem poena.

TITULUS III.

De Ferijs.

§. I.

Festi dies ex precepto servandi.

Mexic. 1. c. 18.
& Limen. 3. adit.
3. c. 40. & 47.
4. cap. 9.

Ut debitum cultum, & honorem Deo Creatori nostro, ejusque Sanctis impenderemus, dies aliqui in Ecclesia semper decreti sunt, ut in eis ab omni serviili opere cessantes, nos cultui divino vacaremus, eam ob causam, ut hujus Archiepiscopatus, & Provinciae Fidelibus dies hi festi noti sint, in eisque cultui divino satisfaciant, hæc Synodus decernit omnes horum Regnum Rorum Fideles, exceptis Indis, de quibus alio in loco tractatur, teneri sub poena peccati mortalis sequentia Festa venerari.

FESTA EX PRÆCEPTO OBSERVANDA.

IN PRIMIS DIES DOMINI TOTIUS ANNI.

Festa Januarij.

Circumcisio Domini nostri Jesu Christi,
Epiphania Domini.

SS. Fabianus, & Sebastianus.

Festa Februarij.

Purificatio Beatae Mariae Virginis.

S. Mathias Apostolus.

Festa Martij.

S. Thomas Aquinas.

S. Joseph, Beatae Mariae Sponsus.

Annuntiatio Beatae Mariae Virginis.

Festa Aprilis.

S. Marcus Evangelista.

Festa Maij.

SS. Philippus, & Jacobus Apostoli.

Inventio Sanctæ Crucis.

Festa Junij.

S. Barnabas Apostolus.

Nativitas Sancti Joannis Baptiste.

SS. Apostoli Petrus, & Paulus.

Festa Julij.

Visitatio Beatae Mariae Virginis.

S. Maria Magdalena.

S. Jacobus Apostolus.

S. Anna Mater Virginis Mariae.

Festa Augusti.

S. Dominicus.

Transfiguratio Domini.

S. Laurentius Martyr.
S. Hippolytus, in Civitate Mexicana tantum.
Assumptio Beatae Mariæ Virginis.
S. Bartholomeus Apostolus.
S. Augustinus.

Festa Septembri.

Nativitas Beatae Mariæ Virginis.
S. Matthæus Apostolus, & Evangelista.
Dedicatio Sancti Michælis Archangeli.

Festa Octobris.

Sanctus Franciscus.

Sanctus Lucas Evangelista.

SS. Apostoli Simon, & Judas.

Festa Novembri.

Festum omnium Sanctorum.

Sancta Catharina Virgo, & Martyr.

S. Andreas Apostolus.

Festa Decembri.

Conceptio Beatae Mariæ Virginis.

Expectatio partus Beatae Mariæ Virginis.

Sanctus Thomas Apostolus.

Nativitas Domini nostri Jesu-Christi.

Sanctus Stephanus Proto-Martyr.

S Joannes Apostolus, & Evangelista.

ITEM FESTA MOBILIA SEQUENTIA.

Dominica Resurrectionis cum duabus diebus sequentibus.

Ascensio Domini.

Dominica Pentecostes, cum duabus diebus sequentibus.

Fe-

Festum Corporis Christi.

Coli etiam jubentur Festa Sanctorum Patronorum Ecclesiarum Cathedralium, & locorum, ubi Hispani degunt in eisdem Ecclesijs, & locis.

§. II.

S. Joseph bujus Provincie Patronus.

Mexic. I. c. 18.
& Limen. 3. ad.
3. c. 40. & ad.
4. cap. 9.

Mex. I. c. 18. §. L

Porro quia singularis fuit in Beatum Joseph, Sacratissimæ Virginis Mariæ Sponsum, hujus Provinciæ devotione, ob cujus sancti merita, & intercessionem pie credi potest, Novam Hispaniam singulibus Dei beneficijs donari, Provincialis Synodus anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto celebrata Sanctum Joseph in generalem hujus Archiepiscopatus, & Provinciæ Patronum elegit, ejusque Festum coli mandavit, hæc quoque Synodus idem renovans, & confirmans statuit, ut Festum hujusmodi in hac Provincia cum Octava celebretur. Si vero Octava in hebdomadam majorem inciderit, de ea usque ad Feriam quartam ejusdem hebdomadæ iuulstive commemoratione fiat. Festum Sancti Jacobi Apostoli, quia præcipiuus, & generalis Hispaniæ Patronus is est, cum Octava celebrari mandatur. Quando vero, ad Vespertas, & Matutinum suffragia Sanctorum dicuntur, ejus commemorationi, quia antiquior Patronus est, commemorationi Sancti Josephi præcedat. In die vero trigessima Decembri, qua translatio Sancti Jacobi facta est, de ejus translatione Officium recitur.

Hb 2

§. III.

§. III.

S. Thomae Aquinatis Festum ex præcepto servetur.

Pij V. motus
proprius in Bul-
lario iphius. Bul-
la 40. fol. 59.
Text. in cap. uni-
co de reliquijs,
& veneratione
Sanctorum lib. 6.
Fundatur ex c.
finiit de Ferijs.
& in cap. 1. de
consecrat. dist. 3.
Conc. Trid. Sef.
25. c. 12. de re-
gular. verb. dies.
Conc. Milan. 4.
tit. de S. Ambro-
fio, fol. 616. &
5. etiam Milan.
fol. 710. Verbo
quos dies festos.

ET si ante celebrationem hujus Synodi, Festum Sancti Thomae Aquinatis Doctoris Angelici, ex præcepto non celebatur, attendens tamen hæc Synodus a felic. record. Papa Pio V. propter singularēm sanctitatem, & mirabilem Doctrinam, de quibus is sanctus, hæresibus refutatis, Christianæ Reipublicæ Scholis magnas opes attulit, & propter eruditioñis splendorem, quo in Ecclesia Dei eluxit, ejus Festum per universum Neapolis Regnum coli, & per universam Ecclesiam Officio Doctoris celebrari præceptum esse: attendensque instantissime a Decano, & Capitulo hujus Metropolitanæ Ecclesiae, Magistris Civitatis Mexici, a Rectori, & Universitate Regia, tum etiam ab Ordine Sancti Dominici, cuius institutum Sanctus Thomas professus est, efflagitatum fuisse; hæc Synodus præcipit, ut Sancti Thomæ Festum colatur, & Catalogo Festorum, quæ ex præcepto in hac Provincia coluntur, adscribatur.

§. IV.

QUÆ quidem Festa ab omnibus coli deberi (In dieis exceptis) hæc Synodus decernit, in quibus ab omni servili opere cessandum est, a media nocte vigilia, usque ad medianam noctem sequentem, quo tempore Festum terminatur, in eisque Missam integræ audire omnes tenentur, ad quam, & ad verbum Dei audiendum, ubi commode fieri posset, suis Parochijs omnes intersint, ut est a Sacro Concilio

Quisque sua
Parochia inter-
fit.

Tri-

Tridentino injunctum; quod si aliqui in diebus Fe-
stiis hujusmodi integræ Missam non audierint, arbitrio Ordinarij plectantur; qui vero tempore, quo Missa conventionalis celebratur, & Sacra Concio habetur, in ludis occupati apprehensi fuerint, juxta formam juris peinas luant.

§. V.

Patres familiæ current, ut filii Missam audiant.

Monet etiam hæc Synodus Patres, Matresque omnes, ut suos filios, & filias quantumvis minimæ ætatis sint, ad Missam audiendam secum deferant, præcipit etiam hæris, ut famulos, & servos suos omnibus Festis colendis Missam audire faciant, in quo eorum conscientia onerantur.

§. VI.

Viduae ne ultra mensam Missæ auditionem differant
luctus prætextu.

ULT introducta jam corruptela funditus tollatur, qua relicte Viduae per multos dies ab obitu maritorum Missam non audiebant, Ecclesiæ præceptum transgredientes, jubet hæc Synodus, ut Viduae, elapsò præsertim mense post mortem mariti, a Judicibus Ecclesiasticis, per censuras, & alias peinas, ad Sacrum audiendum compellantur, idemque servetur cum mulieribus conjugatis, quæ ob virorum absentiā per longum tempus Missam non audiunt.

§. VII.

Opera Festis diebus prohibita.

QUO vero servilia opera, a quibus in diebus Festis vacandum est, omnibus iunotescant, hæc

li

Sy

Seff. 24. c. 4. de
reform.

§. 40. 88. 100.

§. 100. 120.

§. 120. 140.

§. 140. 160.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

Conc. Milan. 3.
f. 584. Vers. ne-
que vero excus-
tentur.

*tit. de Fer. n. 45.
& 6. & Synod.
de Quirog. conf.
97. 98. 99. &
100. & Limen.
3. ad. 3. c. 40. &
ad. 4. c. 9. & Mi.
lou. 3. tit. de Fe
storum. dierum cul
tu fol. 583.*

Synodus statuit, ac decernit, ut in eis mercatum, riun
dine, licitationes minime siant; tabernæ etiam ubi
merces, vel alia divenduntur, & emuntur, saltem
dum Missa conventualis celebratur, ne aperiantur.

§. VIII.

Esculentorum venditio.

ASono vero campanæ, qua Populus ad conven
tualem Missam vocatur, usque ad finem Mis
sa, esculentæ publice venalia ne exponantur, operari
per totum Festi diem jumentis suis sarcinas ne im
popant, nec mulieres iter agant, sarcinas vehe
tes, nisi viatulia eo tempore Populo necessaria, ap
paverint. Tonfores per totum Festi diem ne deton
deant, furni ne ardeant, instrumenta, & machine
minarum cessent, nec in eis ulli occupentur. Si qui
vero hoc Decretum violaverint, severæ ab Ecclesi
sticis Judicibus punientur. Non tamen interdicitur
Chirurgis, & Aromatarijs, ne in his diebus officia sua
exerceant, quantum ægrotorum saluti convenient, iti
demque permittitur temporibus metendi, rigandi,
piscandi, aut vermes sericos nutriendi, & alia hu
jusmodi terrenorum fructuum ratione faciendi, in
Festis diebus post auditam Missam, de licentia Offi
cialium, & Vicariorum, rebus hujusmodi operam im
pendere; ne si necessitas occurrit, earum jactura fiat.

§. IX.

Dies Festi Indorum designantur.

*Bulla Pauli III.
concessa in favo
rem Indorum. Me
sic. I. c. 18. §. 4.*

Felicis recordationis Paulus Papa III. Indorum
paupertati prospiciens, eos tam stricto vincu
lo, ut Hispanos, ad Festorum observationem divinci

re

re noluit, ac ob eam causam illorum commoditatibus
consulens, sequentia Festa Indis deputavit, ad quæ
sola observanda ex præcepto tenerentur.

*& Limen. 3. ad.
4. c. 9.*

FESTA INDORUM.

DIES OMNES DOMINICI IN ANNO OCCURRENTES.

Nativitas Domini, sine duabus diebus sequenti
bus.

*Mex. I. c. 78. §.
5. & Limen. 3.
ad. 4. cap. 9.*

Circumcisio Domini.

Epiphania Domini.

Dominica Resurrectionis, sine duabus diebus se
quentibus.

Ascensio Domini.

Dominica Pentecostes, absque duabus diebus se
quentibus.

Festum Corporis Christi.

Nativitas Beatae Mariae.

Annuntiatio Beatae Mariae.

Festum Purificationis Beatae Mariae Virginis.

Assumptio Beatae Mariae Virginis.

Festum Apostolorum Petri, & Pauli.

Aliorum Festorum observatio, voluntarie Indo
rum devotioni relinquitur, ne vero Hispani per se,
aut servos suos in Festis diebus servilia opera exer
cendi ex hoc occasionem arripiunt, quod Indi ab eis
minime cessent, decernitur, ne Indi hisce Festis in
Hispanorum prædijs, aut alijs facultatibus, nisi de li
centia Ordinarij serviliter sese exerceant.

*Iudem Indi alijs
Festis diebus in
Hispanorū agris
non laborent, ni
fide Ordinarij li
centia.*

Nundinæ ne sicut Dominicis, aut Festis diebus.

Max. I. cap. 70.

ITidem interdicitur, ne diebus Dominicis, & Festis, quorum observatio ad Indos pertinet, mercatum fiat, ut ratione hac tunc laborandi, & Missam non audiendi, ab Indis auferatur occasio. Si vero in aliquo Indorum oppido mercatum die Dominico interdictum sit, alius hebdomadæ dies, in quo id fiat, designetur.

Medicamentorum applicatio, que Missæ quditionem impedit, in diem allium rejiciatur, si comode fieri posse.

Medicis quoque prohibetur, ne ægrotis medicamenta applicent, ita ut eis impedimento esse possint, quominus Festis diebus Missam audiant, si talis ægritudo est, queæ ægrotum Missam audire non impedit, & cuius medicina in aliud tempus differri possit.

TITULUS IV.

De Dolo, & Contumacia.

Quo termino faciende citationes, & quis pro contumaci habendus.

*Lex Reg. 9. tit.
8. lib. 2. recop.*

PRÆSENS, in illis locis, in quibus Ecclesiasticum Tribunal existit, in Judicium vocatus, citari non possit, nisi de uno die in alium, alter autem, citatione facta, etiamsi citatus non com-

pareat, contumax reputari nequeat, nec absens pro contumaci habeatur, si Nuntius fidem non fecerit ipsum citasse in personam propriam uxoris, filiorum, aut famulorum, nec sufficiet citatio ad Hostipes, vicinos, aut alias extraneas Personas factas contumaciae vero coram Judicibus incusabuntur, & quicquid alter factum sit, denuo fiat.

*Contumax expensas solvat, antequam ulterius pro-
grediatur.*

CUM de contumacia cujusque partis constet, in expensis condemnetur contumax, quas, antequam ulterius procedatur, compellatur solvere, nisi praesens maluerit id in finem litis reservare, & in alterius partis contumacia ulterius procedi, aut remedium missione in possessionem elegerit, quod si fiat, regula de hoc in Legibus horum Regnum præscrippta servetur.

Alia decernuntur circa contumaciam.

IN litteris citationum, & monitorijs præcipiatur, ut ad aliquem diem certum citati hora audiencie compareant, quod si reus, vel actor minime comparuerit, & non comparentis contumacia fuerit incusata; contumax reputetur. Si autem intra dictum diem venerit, etiam secundæ litteræ expedite sint, illarum expensas solvat, qua solutione contumaciam purget, & in causa principali audiatur. Nullatenus vero secundæ litteræ expediantur, nisi toto elapsò die, in quo terminus in primis litteris præfixus finitur, ne-

que reus, vel actor contumax reputetur, usquequo
consistorium dimissum sit.

§. IV.

Quid faciendum reo non comparente?

Si actor intra terminum in litteris expressum con-
tumaciam non incusaverit, reus contumax non
reputetur, nec litteræ ille iterum legantur, nec vir-
tute illarum contumacia incusari possit, sed litteræ
conditionales extimentur, veluti si expressæ sub con-
ditione hac esse expedite; si actor contumaciam
incusaverit in dicto termino, si autem reus compa-
ruerit, actore non comparente, actor in expensis con-
demnetur, si id reus petierit; quod si elapsò dicto
termino actor contumaciam incusaverit, & reus non
comparuerit, Judices eum iterum in judicium voca-
ri mandent, nisi justis de causis sibi visum fuerit, reum
posse legitime reputari contumacem. Si vero justæ
causæ adsint, id Decreto declarant, litteræ tamen re-
ceptoria personaliter intimentur, si citatio prima per-
sonaliter facta non fuerit, aliter enim reus nullam
sententiam, nec contumaciam incurrit.

TITULUS V.

De Testibus, & probationibus.

§. I.

In causis, in quibus ex officio proceditur impensis Cameræ testes alibi extantes adducantur.

In causis, in quibus ex officio proceditur, testes
contra reos producendi expensis Cameræ, &
pecunij Justitiae sumptibus applicatis ad se-
ren-

*Gran. Synod.
tit. de probation.*

sup

D

ren-

rendum testimonium adducantur, quæ impensæ con-
demnatione expensarum subsecuta, & non alias, Ca-
meræ, & sumptibus Justitiae persolvantur, ne inde rei
occasione arripiant præveniendi, aut subornandi
testes.

§. II.

In causis criminalibus plectendis pena corporali semper ratificantur testes in plenario, alias probatio nulla sit.

In omnibus causis criminalibus, in quibus poena
corporalis, sive exilio, aut publica pœnitentia im-
ponenda sit, testes in summario judicio recepti, in
plenario ratificantur, non obstante, quod pro ratifi-
catis a reo habeantur. Quibus in casibus, nec minori
ulli, nec Fiscali restitutio in integrum ad accusan-
dum, aut ad probandum concedatur. Probatio vero,
quæ per restitutionem hujusmodi sit, nulla sit; immo
a processu deleatur.

§. III.

In causis matrimonialibus, alijsque gravioribus testium dicta non a solis Notariis, sed a Judicibus ipsis, aut de eorum speciali commissione recipientur.

Judices per se ipsos in causis matrimonialibus di-
cta testium recipient, neque probationes a solis
Notariis etiam principalibus fieri in causis criminali-
bus, aut civilibus magni momenti permittant, nisi
ipsumet Judicibus præsentibus, aut si justa ex causa
Judices absint, de speciali eorum commissione, quæ
quidem specialis commissio a Judicibus subscripta in
principio probationis hujusmodi collocetur, & in
processu describatur. Commissiones vero nullatenus

*Mexic. 1. c. 42.
& Gran. tit. de
testib. n. 3.*

Kk 2

con-

Quando, & quod modo hujusmodi commissiones concedenda?

concedant in casibus praedictis ad recipiendum testes alii Ministri, quam Receptoribus ab Episcopo deputatis; neque in suis Tribunalibus Notarios quocumque, aut Officiales admittant, ad petitiones datum, ad acta gerendum, neque ad testes in summa, rario recipiendum, aut eis quodvis aliud receptionis genus committant, neque eos ad testes, aut testium ratificationes, neque ad recipiendas cautiones in Judicio faciendas, neque ad aliud quicquam, quod ad Judicium pertineat, adhibeant, nisi fuerint ipsimet Notarij Tribunalis, aut Receptores praedicti, & eis absentibus, Ministri ad id ab Episcopo, vel iussu Episcopi approbati, qui specialem provisionem ad id obtineant. Probationes autem, & acta Judicialia alter confecta nulla sint.

§. IV.

Pro testibus extra urbem ratificandis, ad originalia tradantur: parti vero, contra quam ratificatio est facienda, neque apographa.

Quando testes ad instantiam partis extra Civitatem ratificandi sunt, eorum dicta in summario judicio habita, ne tradantur originalia, nisi prius exemplum publicum, & authenticum, quod fidem faciat, penes Notarium remaneat, nec tunc tradantur parti, contra quam ratificatio fieri debet. Quod si Notarius quisquam secus fecerit, Judicium arbitrio pro qualitate criminis punietur. Probationes vero summariae hujusmodi Receptoribus dentur, praesito ab eis juramento, & obligatione de secreto servando usque ad publicationem, & de esdem restituendo intra dies duos post elapsum terminum.

§. V.

§. V.

Testes ex alio loco adducendi ejus impensis persolvantur, qui eos produxerit.

Quotiescumque Judicibus visum fuerit convenire, ut testes personaliter deducantur, id ejus impensis fiat, qui testes produxerit, Judices autem, prius estimato, quod ratione itineris testes habere debent, illud testibus persolvi faciant, antequam inde discedant.

§. VI.

Cautiones quedam servanda in testium probationibus, que fiunt in secunda instantia.

Testium probationes in secunda instantia, ne fiant per eosdem articulos, neque per directe contrarios, nisi in casibus, & eo modo, quo est a Jure concessum, ut autem hoc evitetur, præcipitur, articulos in secunda instantia producendos præter Advocatum, a Procuratoribus etiam debere esse subscriptos, a quibus itidem examinentur, sint ne iidem articuli, an contrarij, & si secus fiat, probatio a processu deleatur, & Procurator in hoc negligens, pondio uno persolvat.

§. VII.

Regiae Constitutiones hic citatae serventur in causis contra Ministros Ecclesiasticae Curie munera accipientes.

In causis criminalibus, contra Ministros ab Episcopo deputatos, tractandis, ob dona, munera, pecuniasve injuste acceptas, aut collusiones factas, quibus dona, sive hujusmodi munera accipere ab hac Synodo prohibitum est, ea sit sufficiens ad condene-

124 *Lib. II. Tit. V. de Testib. & probat.*

*Lex 6. tit. 9. lib.
3. recop. & Lex
7. tit. 7. lib. 7.
recopilationis.*

mnationem probatio, quæ in legibus novæ compilationis horum Regnorum decreta est, juxta quas leges in his causis decidendum præcipitur.

§. VIII.

Quæ probationes committi possunt Receptoribus, aut locorum Vicarijs.

Probationes, quæ earum qualitate attenta committi possunt, Receptoribus committantur, quod si visum fuerit expedire, præcipiatur, quod Vicarij, aut alij Sacerdotes loco Judicium una cum Receptoribus, hujusmodi probationibus faciendis, assistant.

§. IX.

Pœna statuuntur adversus eos, qui in Judicio pejerant.

*Mex. 1. c. 86. &
Guadiz, tit. 5.
cons. 22.*

Cupiens hæc Synodus effrenatam eorum audaciam reprimere, qui, cum testes producuntur, in Judicij Ecclesiasticis hujus Provinciæ, non sine gravi Dei Omnipotentis offensa, ac Justitiæ contemptu, sùarumque animarum detrimento, & litigiorum præjudicio falsum dicunt testimonium, statuit, ac præcipit, ut si quis coram quocumque ex Officiis, Judicibus, aut alijs Ministris perjurij reatum commiserit, si Clericus (quod ab sit) fuerit de perjurio convictus, solvere parti compellatur, in cuius damnum hoc crimen admisit, id omne, quod ob tacitam veritatem, vel expressam falsitatem, in prædicium, & detrimentum dictæ partis cesserit, ac propterea condemnetur in medietate fructuum unius anni Præbendæ, seu Beneficij ab eodem obtenti, & etiam in medietate fructuum omnium, quos percipit,

Lib. II. Tit. V. de Testib. & probat.

125

pit, toto eo tempore, quo in perjurio perseveraverit, Cujus multæ pars una fabricæ Ecclesiae Cathedralis, ubi id eveniterit, applicetur, altera vero pijs operibus ab Episcopo designandis, tertia denique accusatori, & præter hanc pœnam, in carcere tandem detineatur, quamdui Officiali videbitur. Si autem perjurus hujusmodi Beneficij, seu Præbendæ expers sit, jubetur, & ultra satisfactionem parti, cui præjudicium irrogavit faciendam, in pondo minarum quinquaginta condemnetur, quæ ad nuper præscriptam formam distribuantur, & reus in carcere, ut dictum est, inclusus maneat per tempus Judicis arbitrio deputandum, quod si is adeo pauper sit, ut prædictam pœnam solvere nequeat, pecuniaria pœna commutetur in corporalem, pœna carceris aggravata, ac si perjurus secularis sit, satisfacere parti, cui perjurio nocuit, compellatur, & præterea Pastomide ejus lingam obstringere in valvis Ecclesiæ per diem unum publice detineatur, nisi ejus fuerit conditionis, ut hæc pœna commutanda sit, quo casu delinquentes in exilium mittantur, aut graviori pœna Judicis punientis arbitrio plectantur. Quod si causa, in qua perjurium commisit matrimonialis sit, ob injuriam Sacramento illatum, præter jam dictam pœnam ei alia Judicis arbitrio imponatur. Qui vero ad suæ causæ probationem testem falsum produxerit, quem ad dicendum falsum testimonium induxit, eadem pœna puniatur, qua, testem perjurum puniri, sanctum est.

L 12

§. X.

§. X.

Cavetur calumnijs Indorum, eorumque perjurij aduersus eorum Ministros.

*Conc. Limenf. 3.
a. 4. cap. 6.*

*Ne in bujusmo.
di Ministros pro-
cedatur, antequā
per ipsum Judicem,
aut ejus de-
legatum in par-
tibus Inquisitio
fiat.*

*Text. in cap. fin.
3. queſt. 6.*

*In cap. suspectos.
In cap. nullus 3.
queſt. 5.*

*In cap. si testes
4. queſt. 3.*

*Quid servan-
dum cum Ne-
ophitorum jura-
menta recipien-
tur?*

*Consule de hoc
Ferdinandū Zu-
rita in primo In-
quiridione que-
stionum Theolo-
gic. q. 20. f. 72.*

Sacerdotum honori, quibus Indorum cura imminet, prospicere volens hæc Synodus, ne eo magis falsis accusationibus agentur, quo studiosius subditorum indigenarum vitis, aut Hispanorum avaritiae modum imponere conantur: perpendensque, quam proni sint ad perjuria Indi, quamque facile ad id inducantur, statuit, ac precipit in primis, ne ullus Sacerdos a districtu Indorum, cui ministrat, expellatur, quamvis graves querelæ contra eum dentur, nisi prius per Judicem Ordinarium, aut delegatum, ibi Inquisitio fiat, ubi crimen admissum a Sacerdote dicitur. Si enim Judex Ecclesiasticus ibi praesens assit, de omnibus plene instructus, quæ, & quanta fidis testibus sit adhibenda, facilius agnoscat. Infideles nullatenus in testes admittantur, Sacris est Canonibus constitutum, nec etiam illi, qui suspecti sunt, quamvis Christiani, Indi, vel Hispani sint, sed solum timoratae conscientiae homines, minimeque suspecti. Neophitos ad jurandum nequaquam Judex compellat, nisi causa sit gravis, & cojuus veritas aliter elucidari non possit. Quo in casu moneantur primum Neophiti, quam grave malum perjurium sit. Si autem falso aliqui jurasse comperti sint, eos, ut ceteri metu pœnæ terreatur, & cautiores evadant, publice flagellari Judex præcipiat, & ut majori ignominia afficiantur, deronderi faciat. Denique in causis, quæ ex testimonio Indorum dependent, accurate Judex

43

44

ani-

animadvertiset quæ, & quanta fides testibus adhibenda sit, præsertim cum manifesta sit omnibus Indorum ad perjuria propensi. Quæ omnia Christianæ Judicium prudentiæ hæc Synodus commendat.

*Ex Doct. Meno-
cibij de arbitra-
rii Judicij qua-
tionibus, casu
go.*

TITULUS VI.

De Sententia, & re judicata.

§. I.

Fiscalis omni tempore Jus habeat petendi quod expedie-
rit in causis super Matrimonij clandestinis, binis nu-
pijs, & quibusdam alijs.

*Synod. Granat.
titul. de sent. &
re judicata.*

In sententijs, quæ super Matrimonij clandestini ferantur, semper jus petendi quicquid ex- pedierit, Fiscali reservetur, idemque observe- tur in sententijs, quæ super binis nuptijs, & criminibus alijs inter partes proferantur, Notarius vero reservationem hujusmodi Fiscali intimet, actaque intra tertium diem tradat, ut graves contra delinquen- tes pœnas postuleat.

§. II.

Sententiæ ferantur secundum hujus Synodi Decreta,
idque in scriptis.

Sententiæ, quas Judices, & Vicarij tulerint, juri, & his decretis conformes sint, quarum, postquam latæ fuerint, nisi in casibus a jure permisilis, nulla sit dispensatio. Decreta vero in scriptis fiant ita, ut semper de his constare possit. Quamvis autem in aliquibus summarie procedant, ob id exceptiones legitimi-

Mm

mas,